REVERENDO IN CHRISTO PATRI, ET Domino.D.Georgio Viennẽſi epiſcopo.Angelus Coſpus. S.P.D.

Videtur cõmode illud poſse obſeruari in legendis ueteribus poetis Antiſtes optime, qđ a Græcis traditũ eſt de cibo teſtudinis, ab eo ſcilicet uel penitꝰ tẽperandũ,uel multo utendũ eſse.Si enĩ poetica figmẽta tantũ oblectatiõis cauſa legamus,nihil amplius ſubeſſe credẽtes,mirum eſt quãtũ obſint,cũ & deoꝝ & heroũ exẽplis,quædã nobis in oẽ nephas naſcat̃ cõfidentia,idcirco maximus philoſophorũ Plato,ex ea re.pu.quã ꝑfectiſsimã ſcripſit,poetas eiiciẽdos admonet. Si uero quiſpiã in ſanctiora illa poetarum penetralia ſeſe dederit,agnoſcet ꝓculdubio ea oĩa, quæ a philoſophis magno ambitu uerboꝝ dicta ſunt, a ueteribus poetis nec ignorata,nec præterita fuiſse, ut ꝓpemodũ poemata illa referre uideãtur ſilenos alcibiadis. Faciũt hoc diuini illi uates immutãt, augẽt res quæ olim cõtigerint,demũ ſub quodã fabulæ ĩuolucro,latẽs neſcio qd diuinũ ueluti ꝑ tranſennã oſtẽdunt,nõ ꝓphanis,nõ inertibus,ſed illis q lõgo ſtudio & ſudarũt & alſerũt. Proĩde ſi ex fide ueteres illas hiſtorias,uel ſecretiores poetarũ ſenſus excutere uolumus,ſũmo nobis ĩgenio,uel authorũ maxime Græcoꝝ ſuppetiis opus eſt. Inter quos cũ nuꝑ Palæphati opuſculũ,quo aliquot poeticæ fabulæ, unde cõfictæ ſint,explicat̃,legerẽ, rei nouitate delectatꝰ latinis auribus illud ſupprimendũ nõ putaui, nomĩatim uero id tibi nũcupauimus,qđ eius materia & orationis ſobrietas tuis ſacris manibus & maturo iudicio nõ indigna uideat̃. Speramus autem deinceps nos, modo numina leua ſinãt

adſitq; ūocatus Apollo, alia nō minoris emolumēti edi/turos, quæ ut fidentius aliquādo exeāt, hilari frōte & cā/dido aīo hūc ipſum Palæphatū in p̄ſens accipe. Vale.

Index.

1 De Centauris.
2 De Paſiphae.
3 De Actæone.
4 De equis Diomedis.
5 De Orione.
6 De hominibus ex ſatione editis.
7 De Sphinge.
8 De Vulpe.
9 De Niobe.
10 De Lingeo.
11 De Cæneo.
12 De Cygno.
13 De Dædalo & Icaro.
14 De Atalāta & Melanione.
15 De Calliſtone.
16 De Europa.
17 De ligneo equo & Troia.
18 De Aeolo.
19 De Heſperidibus.
20 De Cotto & Briareo.
21 De Scylla.
22 De Dædalo.
23 De Phineo.
24 De Metra.
25 De Geryone.
26 De Glauco Siſyphi
27 De Glauco minois.
28 De Glauco marino.
29 De Bellerophonte.
30 De Pelope.
31 De Phryxo & Helle.
32 De filiabus Phorcynis.
33 De Amazonibus.
34 De Orpheo.
35 De Pandora.
36 De gente melia.
37 De Hercule.
38 De Ceto.
39 De Hydra.
40 De Cerbero.
41 De Alceſti.
42 De Zetho & Amphione.
43 De Ione.
44 De Medea.
45 De Omphale.
46 De cornu Amaltheæ.
47 De Hyacintho.
48 De Marſya.
49 De Phaone.
50 De Daphne.
51 De Iunone.